



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Totvm Opvs In Quvatvor Præcipvas Partes Sive Tomos Distribvitvr, In
Qvibvs Agitvr de diuinis omnibus Vocationibus; ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-39652

TOTVM OPVS IN QVATVOR PRÆCIPVAS PAR-
TES SIVE TOMOS DISTRIBVITVR, IN QVIBVS AGITVR
de diuinis omnibus Vocationibus; de septem Sanctis Sacramentis de omnibus
vitæ ducendæ rationibus, eiusque Officijs, in triplici Christianæ
Reipubl. Statu, Seculari, Ecclesiastico, & Religioso:
eo qui sequitur ordine ac dispositione.

TOMO PRIMO,

AGITVR DE CHRISTIANI HOMINIS PERFECTIONE,
*à prima sua vocatione, & regeneratione spiritali, vsque ad exitum
ex hac vita: continet autem quinque hosce
Tractatus.*

Primus est de Vocatione ad Sanctam Catholicam fidem, Gratiaque statum, & per-
fectam peccatoris conuersionem.

2. De Sacramentis BAPTISMI, & CONFIRMATIONIS; & Perfectione,
quam eis temerari proficentur.
3. De Sacramento PENITENTIAE eiusque partibus, deque perfectæ vitæ re-
formatione, ad quam illud dirigitur.
4. De Sacratissimo Eucharistia Sacramento; & excellentissima per-
fectione, quam frequenter communicantibus illud impertit.
5. De perfectione in corporis morbis, vitæque periculis, ac de EXTREMÆ VN-
CTIONIS Sacramento.

TOMO II.

AGITVR DE PERFECTIONE CHRISTIANI HOMINIS
*in genere vitæ, officij, & Reipubl. Secularis, Ecclesiasticae, ac Religiosæ;
nominatim verò Secularis: cuius erunt quinque
Tractatus.*

Primus de Prouidentia Dei in distribuendis Statibus, Officijs, vitæque Conditio-
nibus Reipubl. Christianæ; & de propria cuiusque earum perfectione.

2. De eiusdem Dei prouidentia circa tentationes occurrentes contra om-
nium Statuum perfectionem; deque ratione eas superandi.
3. De perfectione eorum, qui Christianam Reipub. præcipuè Secularem guber-
nant.
4. De Perfectione in gubernanda familia; & in communi agendi modo inter su-
periores, & inferiores; atque inter pares.
5. De MATRIMONIO, & Viduitatis Statibus; & propria cuiusque perfectione.

TOMO III.

AGITVR DE PERFECTIONE CHRISTIANI IN STA-
*tibus Continentiæ & Religionis; & Evangelicorum Consiliorum obser-
uantia. Eius erunt Tractatus quatuor.*

Primus erit de Statu Virginitatis & Continentiæ earum certaminibus ac victorijs;
& virtutibus eas comitantibus.

1. De Statu Religionis, & ad varia Religiosa instituta Vocatione.

3. De ipso in Religionem ingressu, tentationibus, & experimentis præmittendis
ipsisque votis ac Professione.
4. De ipsorum Votorum Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, Legumque sive
Instituti cuiusque Regularum pe fecta obseruatione.

TOMO IV.

AGITVR DE PERFECTIOE CHRISTIANI IN OMNI-
*bvs Statibus, Officijs, ac Ministerijs Hierarchia & Reipub. Ecclesia-
stica. Habebit Tractatus sex.*

Primus erit de Sacramento ORDINIS, & Sacerdotio, & omnium Ecclesiasticorum
Perfectione.

2. De sacrosancto Missæ Sacrificio, eiusque peragendi, & audiendi perfectione.
3. De perfecta diuini Officij Recitatione, & Cantu.
4. De Ministerio animas adiuuandi, & nominatim Confessarij.
5. De Munijs Doctorum, & eorum qui disciplinis tradendis occupantur.
6. De Episcopis, alijsque Prelatis, & ratione qua illi debeant cum perfectioe
Animarum curam gerere.

R. P. PETRVS RIBADENEIRA IN CATALOGO
Scriptorum Societatis Iesu.

LVDOVICVS à Ponte, natione Hispanus, patriâ Pincianus, ab ipsis incunabu-
lis factus, atque educatus videtur ad pietatem. Societatem nostram expetiuit
annum agens x x. atque admissus est anno salutis M. D. LXXV. cum iam & Philo-
sophicis disciplinis esset instructus, & duos annos in sacra Theologia vtiliter posu-
isset. Deinde profectus est studia litterarum, in quibus longo post se intervallo cõ-
discipulos omnes reliquit, propter ardorem animi, ingenium, atque acre iudicium:
Itaque Aristotelis cursum (vt vocant) docendo confecit, & sacram etiam Theologi-
am professus est acutè, grauitè, eruditè. Sed cum non minù vitæ integritate, ac re-
ligione, quàm ingenio, & doctrina excellat, Magistri Nouitiorum, atque Re-
ctoris partes Ludouico sæpè mandatae sunt, easque pe egregiè obiit. sed teni-
ve! potius nulla valetudine, quâ semper conflictabatur, coactus est interrompere, &
gubernandi, & docendi cursum, & animum ad ea scribenda transferre, quæ longo
vsu, assidua meditatione, perpetua sui mortificatione didicit, & non tam ex aliorum
libris hausit, quàm in se ipse expertus est. Scripsit materna lingua pijs, doctas, per u-
tiles, *Mysteriorum fidei meditationes. 6. partibus distinctas.*

Præterea infigne volumen, cui titulus est *Dux Spiritualis; continens Tractatus 4.
De Oratione 2. De Lectione & meditatione 3. De contemplatione. 1. De mortificatione.*
Quatuor itè Tomos *De Perfectione Christiani hominis, in quolibet eius vitæ genere.*
Quos omnes ex Hybericis latinis fecit R. P. Melchior Treuinnius Societatis nostræ.
Præterea latinè edidit expositionem moralem & mysticam in Cantica Cantico-
rum, Tomis duobus.